

A seruiliter obseruant dies & menses & annos & tempora in carnali obseruatione sabbati & neomeniae & mens nouorum, & septimo quoque anno, quem vocant sabbatum sabbatorum. Quae quoniam erant umbras futurorum, iam adueniente Christo in superstitione remanserunt, cum tanquam salutaria obseruarentur a nescientibus quod referenda sint: ut tanquam hoc dixerit Apostolus gentibus, Quid prodest vos euasisse seruitutem qua tenebantur, cum seruiretis elemosias mundi, quando rursus ad talia reditis, seducti ab eis qui nondum agnoscentes libertatis suae tempus, inter cetera opera legis quae carnaliter sapient, etiam temporibus seruuntur: quibus & vos rursus ut ante seruire vultis, & obseruare cum eis dies & menses & annos & tempora, quibus seruiebatis antequam Christo crederetis? Manifestum est enim volumina temporum per elementa huius mundi, hoc est, coelum & terram & motus atque ordinem syderum administrari. Quae infirma appellat ex eo quod infirma & instabili specie variantur. Egena vero ex eo quod egent summa & stabili specie creatoris, ut quoquo modo sunt, esse possint. Ergo eligat lector vtram volet sententiam,

B diuimodo intelligat ad tantum periculū animae pertinere superstitiosas temporum obseruationes, ut huic loco subiecerit Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Quod cum tanta celebritate atque authoritate per orbem terrarum in Ecclesijs legatur, plena sunt coeniticia nostra hominib, qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur, aut edificiorum aut huiusmodi quorumlibet operi, diebus quos Egyptiacos vocant, saepe etiam nos monere non dubitat, nescientes, ut dicitur, ubi ambulat. Quod si locus iste de Iudaeorum superstitione obseruatione intelligendus est, quam spem habent, cum Christianos se dici velint, ex ephemericis vitam naufragam gubernantes: quando de diuinis libris, quos deus adhuc carnali populo dedit si more Iudaeorum tempora obseruant, diceret eis Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis: & tamen si deprehendatur quisquam vel catechumenus Iudaico ritu sabbatum obseruans, tumultuat Ecclesia. Nunc autem innumerabiles de numero fidelium cum magna confidencia in faciem nobis dicunt, die post calendas non profiscor. Et vix lente ista prohibemus arridentes, ne irascantur, & timentes ne quasi nouum aliquid mirentur. Vae peccatis hominum, quae sola iniustitia exhortantur.

Vitata vero pro quibus abundanter filii dei sanguis effusus est, quamlibet magna sint, & omnino claudi contra se faciat regnum dei, saepe videntio omnia tolerare, saepe tolerando nonnulla etiam facere cogimus, atque utinam domine non omnia quae non potuerimus prohibere faciamus. Sed iam videamus quae sequuntur. Sane præterieramus quod dictum est, Nunc autem cognoscentes deum, immo cogniti a deo. Videtur enim certe hoc loco etiam Apostolica locutione congruere velle infirmitati hominum. Neque tantummodo in veteris testamenti libris vixque ad terrernas hominum cogitationes modus diuinorum eloquii descendisse videatur. Nam quoniam correxit quod dixerat, cognoscentes deum: nihil nos mouere debet. Manefestum est enim quādū p̄ fidem ambulamus non per speciem, nondum nos cognoscimus deum, sed ea fidei purgari ut opportuno tempore cognoscere valeamus. Sed quod in ipsa correctione ait, immo cogniti a deo: si proprie accepitur, putabitur deus quai ex tempore aliquid cognoscere quod ante non nouerat. Translata ergo dictum est, ut oculos dei accipiamus ipsam dilectionem eius, quam commendauit mittendo pro impio vincere filium: sic enim deus qui diliguntur dicere solemus, quod ante oculos habeantur. Hoc est ergo cognoscentes deum, immo cogniti a deo. Quod &

Tomus quartus.

Ioannes dixit, Non quod nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos. Dicit autem, Estote sicut & ego: Qui vitique cum Iudeus natus sum, iam ista carinalia spirituali dijudicatione contemno. Quoniam & ego sicut vos: id est, homo sum. Deinde opportune ac decenter facit eos recolare charitatem suam, ne tanquam inimicum illum deputent. Dicit enim, Fratres precor vos nihil me laestis. Tāquam si diceret, ne ergo putetis quod ego laedere vos cupiam. Scitis quia per infirmitatem carnis iam pridem euangelizauī vobis: id est, cum perfectionem paterer. Et tentationem vestram in carne mea non spreuitis neque respuitis. Tentati sunt enim, cum persecutionē pateretur Apostolus, utrum timore defererent eum, an charitate amplecterentur. Et neque spreuitis, inquit, tanquam utilem istam temptationem: neque respuitis, ut non suscipietis communionem periculi mei. Sed sicut angelum dei exceperitis me, sicut Christum Iesum. Deinde admirans, opus eorum spirituale commendat, ut hoc intuentes, in carnale timorem non decidant. Quae ergo fuit, inquit, beatitudine vestra? Testimonium vobis perhibeo, quoniam si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis, verum prædicens. Respondeatur vitique, non. E Sed quid verū prædicens, nisi ut non circundantur. Et ideo vide quid adiungit, Emulantur vos non bene: id est, inuident vobis, qui vos carnales spiritibus volunt facere: hoc est emulantur nō bene, sed excludere, inquit, vos volit, ut illos aemulemini, hoc est imitemini. Quomodo, nisi ut seruitutis irugo attineatimi, sicut ipsis attinentur. Bonum autem est, ait, emulari in bono semper. Vult enim ut seipsum imitantur, propter hoc addidit, Et non solum cum præfens sum apud vos. Cum enim præfensi oculos suos dare vellet, vitique ipsum conabantur imitari, quem ita diligebant. Ad hoc dicit etiam, Filioi mei: ut tanquam parentem vitique imitantur. Quos iterum, inquit, parturio, donec Christus formetur in vobis. Magis hoc ex persona matris Ecclesie locutus est: nam & alibi dicit, Factus sum parvulus in medio vestrum, tanquam i. Thess. 2 si nutrix foreat filios suos. Formatur autem Christus in credente per fidem in interiori homine, vocato in libertatem gratiae: miti & humili corde, non le iactante de operum meritis, quae nulla sunt, sed ipsa gratia meritorum aliquod inchoante, quo possit dicere minimus sum: id est, ipse sum ille, qui ait, Cum enim fecisti vni ex minimis meis, mihi fecisti. Formatur em Christus in eo, qui formam accepit Christi: formam autem accipit Christi, qui adharet Christo dilectione spirituali. Ex hoc enim fit, ut huius imitatione sit quod ille, quantum gradu suo finitur. Qui enim dicit se in Christo manere, ait Ioannes, debet quomodo & i. Ioan. 2 ille ambulauit & ipse ambulare. Sed cum homines à matribus concipiuntur ut formentur, iam formati autem parturiantur ut nascentur, potest mouere quod dictu est, Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Nisi parturionem hac pro curarum angoribus positam intelligamus, quibus eos parturiantur ut nascerentur in Christo: & iterum parturit propter pericula seductionis, quibus eos conturbari videt. Sollicitudo autem talium de illis curarum, quae se quodammodo parturire dicit, tandem esse poterit, donec perueniant in mesuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam non moueat omni vento doctrinæ. Non ergo propter initium fidei, quoniam nativerant, sed propter robur perfectionis dictu est, Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Hanc parturionem alijs verbis etiam alibi comedat, vbi dicit, Incensus in me quotidianus, sollicitudo omniū Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non voror? Quod vero subiecit. Valem autem nunc adesse apud vos, & mutare vocē meam, M quia